

116.

(Die Behörden der Stadt Todi) bitten eine andere Kommune, einem Bürger von Todi aus Gesundheitsgründen den Rücktritt von seinem Amt als Richter zu erlauben (Anfang fehlt).

Hs. fol. 23^r.

[...] // perpetue dilectionis constantiam cum salute. Pervenit nuper ad [nostrum auditum quod ...] / vir dominus .., honorabilis civis noster, qui vice communis Tuderti[ni] / pro anno presenti gerit officium iudicatus, propter corporee sospitatis [de]fectum non potest labores prefati officii substinere; ex quo e[...] / utilitati vestre non modicum et honori dicti iudicis derogatur. Nos / igitur, qui utilitatem vestram reputamus ut propriam et prefatum iudicem / habemus valde carum, prudentiam vestram amica mentis affectione / requirimus et rogamus quatenus, eidem domino de suo salario prout decuerit / providentes, redeundi Tudertum ei liberam licentiam precum nostrarum / intuitu concedatis; sic preces nostras impleturi si placet, pro id gra/tum habere possimus et constituamur ex hoc ad vestra comoda promptiores. / Id enim gratie, quod per vos confertur ei et collatum, ascribimus nobis / et populo Tudertino. /

117.

Nicolaus (Bischof von Alatri) teilt mit, daß er am Samstag der Quatember im September (= Samstag nach dem 1. September) einen dominus .. aus Trivigliano in der Kathedrale von Alatri zum Priester geweiht habe.

Hs. fol. 23^r.

(1299—1316)

Rubrik: Littere testimoniales pro concessione ordinat[ionis].

Nicolaus⁶⁸⁾ etc. Universis etc. salutem in Domino sempiternam. Presentium / tenore vobis innoteat quod nos, die sabbati IIII^{or} temporum de mense / septembris in nostra cathedrali ecclesia Alatrina ordinationes et missarum / sollempnia celebrantes, dompnum .. de Tribli(ano)⁶⁹⁾, nostre Alatrine diocesis, / ad presbiteri ordinem, ad onus sui patrimonii, Dei intuitu duximus / promovend[um]. In cuius rei testimonium presentes litteras ei concessimus / nostri sigilli appensione munitas. /

⁶⁸⁾ Nicolaus, Bischof von Alatri vom 21. Januar 1299 bis zum Jahre 1316 (Eubel I, S. 80).

⁶⁹⁾ Trivigliano (Prov. Frosinone).